

κίνησιν ( πλὴν παρὰ Κυρίου λέγεται τὰ διαθήματα τῶν ἀνδρῶν κατευθύνεσθαι ), οὕτως καὶ τὸ δύνασθαι λαλεῖν τε καὶ φθέγγεσθαι καὶ τὸ διὰ φωνῆς ἐξαγγέλλειν τὸ βούλημα παρὰ τοῦ Θεοῦ λαβοῦντα, ὁδῶ πορεύεται διὰ τῶν πραγμάτων ἢ φύσις σημεῖα τινὰ τοῖς οὖσι διὰ τῆς ποιᾶς τῶν φθόγγων διαφορᾶς ἐπιβάλλουσα. Καὶ ταῦτά ἐστι τὰ παρ' ἡμῶν λεγόμενα ῥήματα τε καὶ ὀνόματα οἷς τὴν δύναμιν τῶν πραγμάτων διασημαίνομεν. Ἐὰν λέγεται παρὰ τοῦ Μωυσέως πρὸς τῆς τῶν καρπῶν γενέσεως ὁ καρπὸς, καὶ πρὸς τῶν σπερμάτων τὰ σπέρματα, οὐκ ἐλέγχει τὸν ἡμέτερον λόγον, οὐδὲ μάχεται τοῖς περὶ τῆς ἐπινοίας εἰρημένοις ἢ τοῦ νομοθέτου διάνοια. Ὁ γὰρ ἡμεῖς πέρας ὀνομάζομεν τῆς παρελθούσης γεωργίας καρπὸν λέγοντες, ἀρχὴν δὲ τῆς μελλούσης σπέρμα προσαγορεύοντες, τοῦτο τὸ πρᾶγμα τὸ τοῖς ὀνόμασιν ὑποκείμενον, εἴτε σίτον, εἴτε τι ἄλλο τῶν διὰ σπορᾶς πληθυνόντων, διδάσκει μὴ αὐτομάτως γενέσθαι, ἀλλ' ἐν θελήματι τοῦ πεποιηκότος μετὰ τῆς δυνάμεως ταύτης ἀναφυῆναι ὥστε τὸν αὐτὸν τε γίνεσθαι καρπὸν, ἑαυτὸν τε πάλιν ἄγειν σπέρμα γινόμενον, καὶ τῆ περιτετεύοντι τρέφειν τὸν ἀνθρώπον, φύεται δὲ κατὰ τὸ θεῖον βούλημα πρᾶγμα οὐκ ὄνομα. Ὡστε τὸ μὲν καθ' ὑπόστασιν ὃν πρᾶγμα τῆς τοῦ πεποιηκότος δυνάμεως ἔργον εἶναι, τὰς δὲ γνωριστικὰς τῶν ὄντων φωνὰς, δι' ὧν τὰ καθ' ἕκαστον πρὸς ἀκριβῆ τε καὶ ἀσύγχυτον διδασκαλίαν ἐπισημιοῦται ὁ λόγος, ταῦτα τῆς λογικῆς δυνάμεως ἔργα τε καὶ εὐρήματα· αὐτὴν δὲ ταύτην τὴν λογικὴν δύναμιν τε καὶ φύσιν, ἔργον Θεοῦ. Καὶ ἐπειδὴ τὸ λογικὸν ἐν πᾶσιν ἀνθρώποις, ἀναγκαίως κατὰ τὰς τῶν ἔσων διαφορὰς, καὶ αἱ τῶν ὀνομάτων διαφοραὶ θεωροῦνται. Εἰ δὲ τις ἀνθρωπικῶς τὸ φῶς, ἢ τὸν οὐρανὸν, ἢ τὴν γῆν, ἢ τὰ σπέρματα παρὰ τοῦ Θεοῦ προσειρησθαι λέγοι, πάντως ὅτι κατὰ μίαν τινὰ γλώσσης ιδιότητα γεγενῆσθαι κατασκευάσει τὸν λόγον. Τίς οὖν αὕτη, δεῖξάτω. Τὸν γὰρ ἐκεῖνο γινώσκοντα, καὶ τοῦτο μὴ ἀγνοεῖν πάντως οὐκ ἔξω τοῦ εἰκότος ἐστὶ. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῷ Ἰορδάνῃ μετὰ τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν, καὶ πάλιν ἐν ἀκοαῖς τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐν τῇ μεταμορφώσει, φωνὴ γίνεται ἀνωθεν διδάσκουσα τοὺς ἀνθρώπους, καὶ σχῆμά τι μὴ τὸ φαινόμενον ὀφθαί μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀγαπητὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ πιστεύειν εἶναι ἀληθῆ. Τοιαύτη φωνὴ πρὸς τὴν τῶν ἀκουόντων σύνεσιν ἐν τῷ ἀερίῳ σώματι παρὰ τοῦ Θεοῦ διετυπώθη κατὰ τὴν ἐπικρατοῦσαν τῶν φθγγομένων συνήθειαν γενομένη. Οὕτω τοῦ Θεοῦ, τοῦ πάντας θέλοντος σωθῆναι καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔλθεῖν, πρὸς τὸν σκοπὸν τῆς σωτηρίας τῶν ἀκουόντων ἐν τῷ ἀέρι τὸν λόγον ἀρθρώσαντος, καθὼς φησι καὶ πρὸς τοὺς Ἰουδαίους ὁ Κύριος τοὺς οἰόμενους βροντὴν γεγενῆσθαι, διὰ τὸ ἐν ἀέρι συστήναι τὸν ἦχον, ὅτι Οὐ δι' ἐμὲ ἢ φωνὴ αὕτη γέγονεν, ἀλλὰ εἰ ὑμᾶς. Πρὸ δὲ τῆς τοῦ παντὸς συστάσεως οὐδενὸς ὄντος τοῦ ὑποδεχομένου τὸν λόγον, ἢ σωματώδους στοιχείου τινὸς τοῦ τυπῶσαι τὴν ἐναρθρον δυναμένου φωνῆν, ὁ λέγων ῥήμασι τὸν Θεὸν κερῆσθαι, πῶς ἀποδώσει τὸ εἶκος τῷ λόγῳ; Αὐτὸς ἀσώματος, ἢ κτί-

A gressus efficit, semel enim principium ab eo qui fecit adepta natura seipsam movet et deducit, ad quodcumque libitum est motum efficiens (nisi forte gressus hominis a Domino dirigi dicantur), sic loqui posse, et sonos edere ac per vocem voluntatem enuntiare a Deo cum accepit, viam pergit natura per res signa quaedam rebus certa quadam sonorum differentia imponens. Et hæc sunt quæ a nobis dicuntur verba et nomina quibus rerum vim significamus. Et licet a Mose ante fructuum generationem dicitur fructus, et ante seminum ortum semina, non tamen hoc nostrum refellit sermonem, neque his quæ dicta sunt de commentatione repugnat legislatoris sententia. Quod enim nos terminum agriculturæ præteritæ fructum nominamus, principium vero futuræ semen appellamus, hanc rem quæ nominibus subjicitur, sive frumentum, sive aliquid eorum quæ per sationem multiplicantur, docet non casu et fortuito gigni, sed ejus qui fecit voluntate cum hac vi productum esse: ita ut idem fructus nascitur, seipsamque rursus producat, cum fit semen, et eo quod exsuperat hominem alat; divina autem voluntate res non nomen nascitur. Quare res quidem quæ substat conditoris opus est virtutis, voces vero quæ res ipsas notiificant, per quas singula ad exactam et inconfusam doctrinam sermo designat, hæc sunt logicæ facultatis opera et inventa. Hæc autem ipsa disserendi et ratiocinandi facultas et natura Dei est opus. Et quoniam omnibus hominibus ratiocinandi facultas inest, necessario secundum gentium varietates, etiam nominum differentie spectantur. Quod si quis humanitus lucem, vel cælum, vel terram, vel semina a Deo appellata fuisse asserat, procul dubio secundum unam aliquam linguæ proprietatem factum esse sermonem astruet. Quænam igitur hæc, demonstrat. Eum enim qui illud cognoscit, et hoc non ignorare plane est verisimile. Etenim in Jordane post Spiritus potentiam, et rursus in auribus Judæorum, atque in transfiguratione vox fit desuper docens homines ne quod apparebat figuram esse simplicem existimarent, sed etiam dilectum Filium Dei verum esse crederent<sup>40</sup>. Hujusmodi vox ad audientium intelligentiam in D aereo corpore a Deo formata est, secundum invalescentem loquentium consuetudinem facta. Sic etiam cum Deus, qui omnes vult salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire<sup>41</sup>, ad scopum salutis audientium in aere sermonem articulasset, quemadmodum ait ad Judæos Dominus tonitru esse factum putantes, quia in aere sonus steterat, quia, Non propter me hæc vox facta est, sed propter vos<sup>42</sup>. Ante vero universi constitutionem cum nullus esset qui sermonem susciperet, vel corporeum elementum quod posset vocem articulata[m] exprimere, qui dicit Deum verbis usum fuisse, quomodo quod

<sup>40</sup> Math. III, 17; Marc. I, 9; Luc. IX, 5. <sup>41</sup> I Timoth. III, 4. <sup>42</sup> Joan. XII, 29.

rationi consentaneum est sermone suo reddet? ipse incorporeus est, creatura non erat, nihil circa ipsum materiale ratio permittit intelligere, nondum qui per auditum adjuvantur ulli erant, hominibus autem non existentibus, neque ullus loquendi modus secundum gentis alieius proprietatem informatus erat prorsus. Qui igitur ad exilem et nudam litteram spectat, quibus rationibus hunc fulcit, ac si Deus hæc verba et sensa loqueretur?

Quinetiam ex his cognoscere licet vanitatem eorum qui talia loquuntur. Quemadmodum enim elementorum naturæ, quæ sunt opus ejus qui fecit, omnibus eodem modo apparent, nullaque secundum sensum hominibus est differentia in ignis, vel aeris, vel aquæ participatione, sed una est et immobilis in omnibus natura, eodem modo operans, et in nulla re propter eorum qui participant differentias immutata: sic et nominum positio, si quidem a Deo esset rebus applicata, omnibus esset eadem. Nunc autem rerum natura, utpote a Deo fixa, manet immobilis; voces autem horum significativæ ad tot linguarum differentias divisæ sunt, ut neque multitudinem numerare facile sit. Quod si quis confusionem quæ in exstructione turris accidit ut dictis contrariam profert, neque illic linguas hominum facere Deus dicitur, sed quæ erat eam confundere, ut non omnes unam omnium audirent<sup>49</sup>. Quandiu enim erat eadem vita, et nondum in multas gentium differentias dispertiti fuerunt, una voce eodemque sermone utens simul vivebat omnium hominum plenitudo; postquam vero divina voluntate oportuit omnem ab hominibus terram habitari, tunc divulsi secundum vocis communionem alii alio dispersi fuerunt, et cum alio et alio verborum et vocis caractere conjuncti et accommodati fuerunt, conciliatricem quamdam mutuæ concordie sermonis consonantiam sortiti, in rerum quidem cognitione non discordantes, sed in nominum forma differentes. Non enim quid aliud apud alios lapis, vel lignum videtur, sed apud singulos materiæ nomina differunt. Quare sermo nobis fixus manet, qui voces humanas nostræ mentis sive intelligentiæ inventa esse definit. Neque enim a principio quandiu consonum sibi ipsi humanum genus universum fuit, verborum Dei aliquam doctrinam factam esse hominibus ex Scriptura didicimus; neque postquam in varias linguarum differentias dispertiti fuerunt homines, quomodo quisque loqueretur divina lex præstituit, sed volens Deus homines diversis uti linguis, naturam dimisit, ut pergeret pro arbitrio apud singulos sonum articulare ad explanationem hominum. Itaque Moses, multis sæculis post turris ædificationem natus, una ex posterioribus lingua usus est, historice nobis mundi creationem exponens, atque aliquas voces Deo applicat, sua ipsius voce in qua institutus fuit et assuetus hæc enarrans,

<sup>49</sup> Gen. xi, 4, sqq.

σικς οὐκ ἦν, οὐδὲν περὶ αὐτὸν ὀλοδὸς ὁ λόγος ἐννοεῖν δίδωσιν, οἱ ὠφελιθέντες ἂν διὰ τῆς ἀκοῆς, οὕτω συνέστησαν, ἀνθρώπων δὲ μὴ ὄντων, οὐδὲ διαλέκτου τρόπος κατὰ τινα ἔθνων ἰδιότητα τετύπωτο πάντως. Ὁ τοίνυν πρὸς τὸ γράμμα ψιλὸν βλέπων, τίσι λογισμοῖς τῆ τοιαύτη διανοίᾳ παρίσταται ὡς τοῦ Θεοῦ ταῦτα φεγγομένου τὰ ῥήματά τε καὶ τὰ νοήματα;

Καίτοι καὶ διὰ τούτων γνώη τις ἂν τὸ μάταιον τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων. Ὅσπερ γὰρ αἱ τῶν στοιχείων φύσεις ἔργον οὔσαι τοῦ πεποιηκότος, πᾶσιν ὡσαύτως φαίνονται, καὶ οὐδεμία κατὰ τὴν αἴσθησιν τοῖς ἀνθρώποις ἐστὶ διαφορὰ ἐν τῇ τοῦ πυρὸς, ἢ τοῦ ἀέρος, ἢ τοῦ ὕδατος μετουσίᾳ, ἀλλὰ μία ἐστὶ καὶ ἀκίνητος ἐπὶ πάντων ἡ φύσις, ὡσαύτως ἐνεργοῦσα καὶ οὐδὲν πρὸς τὰς διαφορὰς τῶν μετεχόντων ἀλλοιουμένη· οὕτως καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων θέσις, εἴπερ ἦν ἐκ τοῦ Θεοῦ τοῖς πράγμασιν ἐφηρμοσμένη, πᾶσιν ἂν ἡ αὐτὴ ἦν. Νυνὶ δὲ τὸν τῶν πραγμάτων ἡ φύσις ἔτε δὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ πεπηγυῖα, μένει ἀκίνητος, αἱ δὲ σημαντικαὶ τούτων φωναὶ πρὸς ποσαύτας γλώσσων διαφορὰς διεσχίσθησαν, ὡς μὴδὲ ἀριθμῆσασθαι τὸ κληθὸς εὐκολὸν εἶναι. Εἰ δὲ τις τὴν ἐπὶ τῆς πυργοποιίας σύγχυσιν, ὡς ἐναντιουμένην τοῖς εἰρημένους προφέρει, οὐδὲ ἐκεῖ ποιεῖν λέγεται γλώσσας ὁ Θεὸς τῶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ συγγεῖν τὴν οὔσαν ὡς ἂν μὴ πάντες πάντων ἀκούοιεν. Ἔως γὰρ ἦν πᾶσι κατ' αὐτὸν ἡ ζωὴ, καὶ οὕτω πρὸς πολλὰς ἔθνων διαφορὰς ἐμερίσθησαν, μιᾷ συνέζων φωνῇ πάντων ἀνθρώπων τὸ πλήρωμα· ἐπεὶ δὲ κατὰ θέλαν βούλησιν ἔδει πᾶσιν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων κατοικηθῆναι τὴν γῆν, τότε διασπασθέντες κατὰ τὴν τῆς φωνῆς κοινωσίαν ἄλλος ἀλλαγῇ διεσπάρθησαν, καὶ πρὸς ἄλλον καὶ ἄλλον χαρακτῆρα ῥημάτων καὶ φωνῆς μεθρημόσθησαν συνδυατικὴν τινα τῆς πρὸς ἀλλήλους ὁμοιότητος τὴν ὁμοφωνίαν λαχόντες, πρὸς μὲν τὴν τῶν πραγμάτων οὐ διαφεροῦντες γνώσιν, πρὸς δὲ τὸν τῶν ὀνομάτων τύπον διαφερόμενοι. Οὐ γὰρ ἄλλο τι παρ' ἄλλοις ὁ λίθος, ἢ τὸ ξύλον δοκεῖ, διάφορα δὲ παρ' ἐκάστοις τὰ τῆς ὕλης ὀνόματα. Ὅστε μένει πάγιος ἡμῖν ὁ λόγος, ὁ τὰς ἀνθρωπίνους φωνὰς τῆς ἡμετέρας διανοίας εὐρήματα εἶναι διοριζόμενος. Οὕτε γὰρ ἐξ ἀρχῆς ἔως ὀμόφωνον ἔπαν ἦν αὐτῷ τὸ ἀνθρώπινον, Θεοῦ ῥημάτων τινὰ διδασκαλίαν γεγενῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις παρὰ τῆς Γραφῆς μαθηθῆκαμεν· οὕτε εἰς ποιικίαν γλωσσῶν διαφορὰς διατηθέντων, ὅπως ἂν ἕκαστος φέγγοιτο θεὸς ἐπεστάτησε νόμος, ἀλλὰ θελήσας ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐν ἄλλαις γενέσθαι γλώσσαις, ἀφῆκεν ὁδῶν τὴν φύσιν πορεύεσθαι, κατὰ τὸ ἀρέσκον διεσπάρθησαν παρ' ἐκάστοις τὸν ἔχον πρὸς τὴν τῶν ὀνομάτων σαφήνειαν. Ὁ τοίνυν Μωϋσῆς, πολλὰς ὕστερον γενεαῖς τῆς πυργοποιίας γενόμενος, μιᾷ τῶν μετὰ ταῦτα κέχρηται γλώσσῃ, ἱστορικῶς τὴν κοσμογενίαν ἡμῖν διηγούμενος, καὶ τινὰς τῷ Θεῷ προσάπτει φωνὰς, τῇ αὐτοῦ γλώσσῃ καθ' ἣν πεπαιδευτὸς τε καὶ συνειθιστο ταῦτα διεξιών, καὶ οὐκ ἀλλάσων τὰς τοῦ

Θεοῦ φωνὰς ἀλλοιοτρόπων τινὲ καὶ ξενίζοντι φωνῆς ἁ  
 χαρακτῆρι, ὥστε διὰ τοῦ ξένου τῆς συνηθείας καὶ  
 παρηλλαγμένου τῶν ὀνομάτων, αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ εἶναι  
 τὰς φωνὰς κατασκευάζειν, ἀλλὰ τῇ συνήθει χρώ-  
 μενος γλώσση, ὁμοίως τὰ τε ἑαυτοῦ καὶ τὰ τοῦ  
 Θεοῦ διεξέρχεται. Φασὶ δὲ τινες τῶν ἐπιμελέστερον  
 ταῖς Γραφαῖς ἐπηκολουθηκότων μηδὲ ἀρχαίσειν τὴν  
 Ἑβραίων φωνὴν καθ' ὁμοίτητα τῶν λοιπῶν, ἀλλὰ  
 μετὰ τῶν ἄλλων θαυματοποιήθηαι, τὸ τὴν γλῶσσαν ταύτην  
 ἀθρόω· μετὰ τὴν Αἴγυπτον σχεδιασθῆναι τῷ ἔθνει.  
 Καὶ τίς ἐστι τοῦ Προφήτου λόγος τὸ τοιοῦτον πιστού-  
 μενος; Ἐν γὰρ τῷ ἐξελεῖν αὐτόν, φησὶν, ἐκ γῆς  
 Αἰγύπτου, τότε γλῶσσαν ἦν οὐκ ἔγνω ἤκουσεν.  
 Εἰ οὖν Ἑβραῖος Μωϋσῆς, τελευταία δὲ τῶν ἄλλων ἡ  
 τῶν Ἑβραίων φωνή, ὁ μετὰ τὴν τοῦ κόσμου σύ-  
 στασιν ὑστερον γεγωνῶς, καὶ τῇ κατ' ἑαυτὸν φωνῇ  
 τὰς τοῦ Θεοῦ διηγούμενος ῥήσεις, ἄρ' οὐκ σαφῶς  
 διδάσκει τὸ μὴ τοιαύτην φωνὴν τὴν κατὰ ἄνθρωπον  
 σηματοποιουμένην ἀναγράφειν ἐπὶ Θεοῦ, ἀλλὰ ταῦτα  
 μὲν λέγειν διὰ τὸ μηδὲ δυνατόν εἶναι τὴ νοηθῆναι  
 ἐτέρως εἰπεῖν ἢ ἀνθρωπίναις φωναῖς· σημαίνειν δὲ  
 διὰ τῶν λεγομένων θεοπρεπῆ τινα καὶ μεγαλοφου-  
 στέραν διάνοιαν; Τὸ γὰρ οἰεσθαι τῇ Ἑβραϊδὶ γλώσση  
 τὸν Θεὸν κεχρησθαι, μηδενὸς ὄντος τοῦ τοιαύτης  
 γωνῆς ἑπαύοντος, οὐκ οἶδα πῶς ὁ λελογισμένος συν-  
 θῆσεται. Ἐν ταῖς Πράξεσι μεμαθήκαμεν διὰ τοῦτο  
 τὴν θείαν δύναμιν εἰς πολλὰς διεσχίσθαι φωνὰς, ὡς  
 ἂν μηδεὶς τῶν ἑτερογλώσσων ἀποστεροῖτο τῆς ὠφε-  
 λείας. Ὁ δὲ Θεὸς πρὸς τῆς κτίσεως ἀνθρωπικῶς διε-  
 λέγετο, τίνα ὠφελεῖν μέλλων ἐκ τῆς τοιαύτης φωνῆς;  
 τὸ μὲν γὰρ συνδιατιθεσθαι τῇ τῶν ἀκούοντων δύ-  
 νάμει τὸν λόγον πρὸς τὸν τῆς ὠφελείας σκοπὸν, οὐδὲ  
 ἂν τις ἀνάξιον τῆς θείας εἶναι φιλανθρωπίας ὑποτο-  
 πῆσειεν, ἐπεὶ καὶ Παῦλος ὁ μιμητὴς τοῦ Κυρίου πρὸς  
 τὰς τῶν ἀκούοντων ἕξεις, οἶδεν ἀρμοδίως τὸν λόγον  
 μεταχειρίζεσθαι· γὰρ τοῖς νηπίοις γινόμενος, καὶ  
 στερεὰ τοῖς τελείοις τροφή. Τὸ μηδενὸς κατορθου-  
 μένου σκοποῦ διὰ τῆς τοῦ λόγου τοιαύτης χρήσεως,  
 ἔπειτα κατασκευάζειν τοιαύτα ῥήματα τὸν Θεὸν  
 ἐφ' ἑαυτοῦ ῥαψοδεῖν, οὐκ ὄντος τοῦ δεομένου τῆς διὰ  
 τῶν τοιούτων φωνῶν σημασίας, οὐκ οἶδα πῶς ἐστι  
 μὴ καταγέλαστον ἅμα καὶ βλάσφημον τὸ τοιοῦτον  
 οἰεσθαι. Οὐτε οὖν Ἑβραῖα τοῦ Θεοῦ ἡ φωνή, οὔτε  
 καθ' ἑκάτερόν τινα τύπον τῶν ἐν τοῖς ἔθνεσι νενομι-  
 σμένων προφερομένη, ἀλλ' ὅσοι τοῦ Θεοῦ λόγοι παρὰ  
 τοῦ Μωϋσέως, ἢ τῶν προφητῶν ἀνεγράφθησαν, ἐν-  
 δείξεις εἰς τὸ θεῖον θελήματος, ἄλλως καὶ ἄλλως  
 κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν μετεχόντων τῆς χάριτος τῷ κα-  
 θαρῶ τε καὶ ἡγεμονικῶ τῶν ἁγίων ἐλλάμπουσαι.  
 Οὐκ οὖν ἐφθέγγετο μὲν ὁ Μωϋσῆς ὡς ἐπεφύκει τε  
 καὶ παιδαίετο· προσετίθει δὲ τῷ Θεῷ τὰς φωνὰς  
 ταύτας, καθὼς εἴρηται πολλάκις, διὰ τὸ νηπιῶδες  
 τῶν ἄρτι τῇ θεογνωσίᾳ προσαγομένων, πρὸς ἐναργίῃ  
 τε παράστασιν τοῦ Θεοῦ βουλήματος, καὶ ὡς ἂν  
 εὐπειθεστέρους ἀπεργάσαιτο τοὺς ἀκούοντας τῇ ἀξιο-  
 πιστίᾳ τοῦ εἰρηκότος ὑσωπομένους.

nec Dei voces immutans alio quodam et peregrino  
 vocis caractere, ita ut peregrinis et inusitatis  
 nominibus ipsius Dei voces esse præstruat, sed  
 familiari utens lingua, similiter et quæ sua sunt  
 et quæ ipsius Dei enarrat. Quidam autem qui  
 exactiorem Scripturarum cognitionem sunt asse-  
 cuti asserunt linguam Hebraicam non ita vetusta-  
 tem redolere sicut reliquæ, sed cum aliis miraculis  
 et hoc Israelitis miraculose accidisse, nempe lin-  
 guam hanc confertim simul post egressionem ex  
 Ægypto genti extemporalem factam fuisse. Et  
 nescio quis Prophetæ sermo tale quid confirmat;  
 nam, *Dum ex Ægypto ipse egrederetur, tunc, in-*  
*quit, linguam quam non noverat audivit* <sup>43</sup>. Si  
 igitur Moses Hebræus, aliis autem posterior est  
 Hebræorum lingua, qui longe post mundi consti-  
 tutionem natus est, et qui propria lingua Dei  
 locutiones enarrat, an non clare docet, hanc talem  
 vocem ad humanum modum figuratam Deo non  
 ascribere, sed hæc quidem dicere, quia fieri non  
 possit ut quod cogitatum est aliter quam vocibus  
 humanis exprimat; per ea autem quæ dicuntur  
 Deo decoram et magnificam quamdam intelligen-  
 tiam significare? Siquidem putare Deum lingua  
 Hebraica usum fuisse, cum nullus esset qui talem  
 vocem audiret, nescio quomodo qui recta ratione  
 usus fuerit assentietur. In Actis apostolorum di-  
 dicimus, idcirco vim divinam in multas linguas  
 divisam fuisse, ut nullus eorum qui diversis ling-  
 uis uterentur utilitate privaretur. Deus autem ante  
 creationem humano more disserebat, quemnam  
 hac tali voce adjuturus? sermonem enim affectio-  
 nem quamdam habere cum audientium facultate  
 ad utilitatis scopum, nullus divina benevolentia  
 erga genus humanum esse indignum suspicatus  
 fuerit, quoniam Paulus Domini imitator ad au-  
 dientium habitus novit convenienter et accommo-  
 date sermonem administrare, lac quidem parvulis  
 factus, adultis vero et perfectis cibus solidus <sup>44</sup>.  
 Quod si cum nullus dirigatur scopus per talem  
 sermonis usum, quis astruat Deum in seipso certa  
 quædam verba consuere, si non est qui egeat  
 significatione quæ sit per ejusmodi voces, haud  
 scio quomodo non hoc liceat ridiculum simul et  
 D impium convitium putare. Neque igitur Hebræa  
 Dei vox, neque secundum aliam formam eorum  
 quæ in gentibus usu recepta sunt, proferebatur,  
 sed quicumque Dei sermones a Mose vel prophetis  
 descripti sunt, divinæ voluntatis sunt indicationes,  
 aliter atque aliter pro ratione eorum qui gratiæ  
 fiunt participes, sanctorum puro et rationis tenenti  
 principatum intellectui illucescentes. Ergo loque-  
 batur Moses sicut natus erat et eruditus; Deo  
 autem attribuebat has voces, ut dictum est sæpius.  
 propter puerilem imbecillitatem eorum qui ad Dei  
 cognitionem adducebantur, et ad evidentem et  
 claram divinæ voluntatis expressionem, et ut obe-

<sup>43</sup> Psal. LXXIX, 6. <sup>44</sup> Hebr. v, 12.

dientiores et ad parendum faciliores efficeret auditores, veritas auctoritatem et dignitatem ejus qui ipsos esset allocutus.

Sed negat Eunomius, qui talia in nos convitia A profert, qui illicitæ et nefariæ consuetudinis est hæres et patronus; conversa enim contumelia in ipsius ignominiam propriis eum verbis excipium. Sed ipsum sibi Mosem testimonio suo patrocinari confirmat, quod videlicet a Deo qui naturam condidit, et eorum quæ nominantur et nominum usus hominibus datus est, et quod eorum quæ data sunt appellatio utentium generatione est superior, sic omnia ad verbum locutus, siquidem proprium nactus est aliquem Mosem, a quo hæc erudita docetur, atque illinc incitatus talibus confidit sermonibus, quod Deus lege sancit, sicut hic ipse dicit, hominum dictiones, sic jubens et aliter prohibens rebus voces imponi utatur pro suo arbitratu nugis, adjutorem habens sermonis occultum istum Mosem. Quod si solus est Moses, cujus Scriptura eum communis est disciplina his qui divinum sermonem docti sint, condemnationem accipiemus, si a Mosis lege redarguimur. Ubinam ergo de verbis et nominibus legem invenit? In ejus scriptis proponitur mundi creatio, et deinceps hominum generationum recensio, et quarundam rerum historia, et varia legislatio, deque his quæ ad verum Dei cultum pertinent, et quæ in vitæ ratione sunt observanda, hæc sunt Mosis Scripturæ præcipua capita. Quod si hic autumat esse aliquam verborum legislationem, ostendat legem, et ego tacebo. Sed non posset dicere; non enim clarioribus omissis confirmationibus illa persequeretur quibus ridiculus magis quam probabilis videretur his qui mente sunt præditi et sapiunt. Nam hoc putare esse pietatis caput, nempe verborum inventionem Deo attribuire, cui parvus ad celebrationem totus mundus, et quæ in ipso sunt miracula, quomodo non extremæ est fatuitatis, magnis omissis ex humanis Deum magnificare? Jussum creationem præcessit, dictum quidem a Mose humano more, Deo vero convenienter et decore factum. Eorum igitur quæ divina potentia sunt constituta voluntas est effectrix; hanc verborum doctrinam accuratus et diligens Scripturarum cognitor pronuntiat. Et perinde ac si Deus dixisset, Fiat verbum, vel sermo constituatur, vel hoc talem quamdam sortiatur appellationem, sic ad patrocinium suarum nugarum proponit motionem illam quæ est in divina voluntate rerum conditricem, præ multa attentione Scripturarum et experientia, neque hoc sciens, quod intellectus impulsio vox sæpe a Scriptura sancta nominetur. Atque hujus testis Moses ipse, quem passim detorquens in hac parte ignoravit. Quis enim vel tantillum in ejus librorum lectione versatus ignorat, quod populus Israeliticus, qui nuper ex Ægypto fugerat, Ægyptiorum incursum confertim in deserto vehementer extimuit? Cum autem undique gravia ipsis pericula objicerentur, illinc mari transitum obvallante, a tergo hostibus fugam impredientibus, prophetam

'Αλλ' οὐ φησιν ὁ Εὐνόμιος, ὁ τοιαύτας καθ' ἡμῶν τὰς λοιδορίας προφέρων, ὁ τῆς ἐκθέσεως συνθηθεὶς κληρονόμος τε καὶ συνήγορος· ὑπαλλάξας γὰρ τὴν ὕδριν εἰς ἀτιμίαν τοῖς ἰδίοις αὐτὸν δεξιῶσμαι. 'Αλλ' αὐτὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν τὸν Μωϋσέα διτχυρίζεται, παρὰ τοῦ δημιουργήσαντος, τὴν φύσιν δεδιωρησθαι τοῖς ἀνθρώποις τῶν τε ὀνομαζομένων καὶ τῶν ὀνομάτων τὴν χρῆσιν, καὶ τὴν γε τῶν δεδομένων κλῆσιν ἀνωτέραν εἶναι τῆς τῶν χρωμένων γενέσεως, οὕτως πάντα κατὰ λέξιν εἰπὼν· εἰ μὲν οὖν ἴδιον κέκτηται τινα Μωϋσέα παρ' οὐ τὰ σοφὰ ταῦτα διδάσκειται, κάκειθεν ὀρμώμενος τοῖς τοιοῦτοις ἐπιπαρσεῖ τῶν λόγων, ὅτι θεὸς διαθεσμοθετεῖ, καθὼς οὗτος αὐτὸς φησι, τῶν ἀνθρώπων τὰς ῥήσεις, οὕτως τε κελεύων, καὶ ἐτέρως ἀπαγορεύων τὰς ἐπὶ τῶν πραγμάτων κεῖσθαι φωνὰς, κεχρήσθω πρὸς τὸ δοκοῦν τοῖς λήρσι, σύμμαχον ἔχων τοῦ λόγου τὸν κρυπτὸν Μωϋσέα. Εἰ δὲ μόνον ἐστὶ Μωϋσῆς οὗ ἡ Γραφή κοινὸν μάθημα τοῖς τὸν θεῖον λόγον παιδευόμενοις ἐστὶ, δεξιόμεθα τὴν κατάγνωσιν, εἰ ὑπὸ τῶν τοῦ Μωϋσέως ἐλεγχόμεθα νόμων. Πού τοίνυν τὸν περὶ ῥημάτων τε καὶ ὀνομάτων εὐρατο νόμον; 'Ἐπ' αὐτῶν ἐκθέσθαι τῶν γεγραμμένων, κοσμογένεια καὶ τῶν καθέξης ἀνθρώπων γενεαλογία, καὶ πραγμάτων τινῶν ἱστορία, καὶ ἡ ποικίλη νομοθεσία, περὶ τε τῶν κατὰ τὴν λατρείαν, καὶ τῶν κατὰ τὸν βίον παρατηρημάτων. Ταῦτα τῆς Μωϋσέως Γραφῆς τὰ κεφάλαια. Εἰ δὲ φησιν οὗτος εἶναι τινα ῥημάτων νομοθεσίαν, δεξιᾶτω τὸν νόμον, κἀγὼ σωπῆσομαι. 'Αλλ' οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοι· οὐ γὰρ ἂν τῶν ἐναργεστέρων ἀφέμενος ἀποδείξω, ἐκεῖνα διεξῆκει δι' ὧν καταγέλαστος μᾶλλον, ἢ πιθανὸς ἐδόκει τοῖς γε νοῦν ἔχουσι. Τὸ γὰρ οἶεσθαι τοῦτο εἶναι τῆς εἰσεθείας κεφάλαιον, τὸ, ῥημάτων εὐρεσιν προσμαρτυρεῖν τῷ Θεῷ, ὃ μικρὸς εἰς εὐφημίαν ὄλος ὁ κόσμος, καὶ τὰ ἐν αὐτῷ θαύματα, πῶς οὐ τῆς ἐσχάτης εὐθίας ἐστὶ, τῶν μεγάλων ἀφέμενον ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων σεμνύνειν τὸ θεῖον; Πρόσταγμα τῆς κτίσεως καθηγήσατο, ῥηθὲν μὲν παρὰ τοῦ Μωϋσέως ἀνθρωπικῶς, θεοπροπῶς δὲ γενόμενον. Τὸ τοίνυν ποιητικῶν τῶν θεῶν δυνάμει συνεστηκότων θέλημα· τοῦτο ῥημάτων διδασκαλίαν ὁ ἀκριθῆς ἐπίσω τῶν Γραφῶν ἀποφαίνεται. Καὶ ὡσπερ εἰπόντος τοῦ Θεοῦ, Γενθήτω ῥῆμα, ἡ συστήτω λόγος, ἡ τότε τοιάνδε λαχέτω τὴν κλῆσιν, οὕτως εἰς συνηγορίαν προβάλλεται τῶν ἰδίων λήρων τὴν ὑποστατικὴν τῆς κτίσεως ἐν τῷ θεῷ θελήματι κίνησιν, ὑπὸ πολλῆς προσοχῆς τῶν Γραφῶν καὶ ἐμπειρίας οὐδὲ τοῦτο εἰδῶς, ὅτι καὶ ὀρμὴ διανοίας φωνὴ πολλάκις παρὰ τῆς Γραφῆς ὀνομάζεται. Καὶ τούτου μάρτυς Μωϋσῆς αὐτὸς, ὃν πολλαχῆ περισύρων κατὰ τοῦτο τὸ μέρος ἠγνόησε. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τῶν ὀπωσοῦν καθομιληκότων τῆ βίβλου, ὅτι κατεπλάγησαν μὲν ἀθρώως ἐν τῇ ἐρήμῳ τῶν Αἰγυπτίων τὴν ἐφοδὸν ὁ Ἰσραηλῆτης λαὸς, ἄρτι τὴν Αἰγυπτὸν ἀποδράντες; Πενταχόθεν δὲ προσφερομένων αὐτοῖς τῶν δεινῶν, ἐκεῖθεν τῆς θαλάσσης ἀπειχιζούσης τὴν πάροδον, κατόπιν τῶν πολεμίων τὴν φυγὴν κωλυόντων, συστάντες πρὸς τὸν προφήτην τῆς

ἀμηχανίας ταύτης ἐκείνον ἐπητιῶντο. Τοῦ δὲ παρα-  
 μιθουμένου τοὺς κατεπηχότας τῷ φόβῳ, καὶ εἰς προ-  
 θυμίαν παραθρασύνοντας, γίνεται θεῶθεν φωνὴ ὀνο-  
 μαστὶ τὸν προφήτην προσκαλουμένη. *Τὶ βοᾷς πρὸς*  
*μέ;* Καίτοι γε πρὸ τῶν εἰρημένων οὐδεμιᾶς ὁ λόγος  
 ἐπιμένεται Μωϋσέως φωνῆς, ἀλλ' ἡ πρὸς τὸν θεὸν  
 τοῦ προφήτου διάνοια, φωνὴ τις ὀνομάσθη κατὰ τὸ  
 σιωπώμενον ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας νοήματι  
 βωμένη. Εἰ δὲ Μωϋσῆς βοᾷ μὴ φθεγγόμενος ὑπὸ  
 μάρτυρι τῷ τῶν ἀλαλήτων στεναγμῶν ἐπαύοντι, τί  
 καινόν, εἰ καὶ τὸ θεῖον βούλημα γινούσιν ὁ προφήτης  
 ὡς δυνατὸν ἦν εἰπεῖν τε αὐτῷ καὶ ἡμῖν ἀκοῦσαι, διὰ  
 τῶν γνωρίμων ἡμῖν καὶ συνήθων ἐφανέρωσε λόγων,  
 διάλογον θεοῦ σωματικώτερον διαγράφων, οὐ ῥήματι  
 γινόμενον, ἀλλὰ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν ἐκφωνούμε-  
 νον; *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησε*, φησὶν, ὁ θεὸς οὐ τὸ νομα  
 τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἀλλὰ *τὸν οὐρανὸν καὶ*  
*τὴν γῆν. Καὶ εἶπε, Ἔστηθίτω φῶς*, οὐχὶ προσηγορία  
 φωτός. *Καὶ διακρίνας τὸ φῶς ἀπὸ τοῦ σκότους,*  
*ἐκάλεσε*, φησὶν, ὁ θεὸς *τὸ φῶς ἡμέραν*, καὶ *τὸ*  
*σκότος ἐκάλεσε νύκτα.*

Τούτοις εἰκὸς ἐστὶ τοὺς ἐναντιουμένους ἡμῖν ἐπι-  
 στηρίζεσθαι. Συστήσομαι γὰρ ὑπὲρ αὐτῶν τῷ λόγῳ,  
 καὶ τὰ παρεθέντα παρ' ἐκείνων ἀνθυποίσω τῇ ἀκο-  
 λουθίᾳ τῆς ἐξετάσεως, ὡς ἂν ἰσχυρότερον ἡμῖν βε-  
 βαιωθεῖ τὸ δόγμα, μηδεμιᾶς ἀντιθέσεως ἀνεξετάστου  
 παραλειφθείσης. *Ἐκάλεσε*, φησὶν, ὁ θεὸς *τὸ στε-*  
*ρέωμα οὐρανὸν, καὶ τὴν ξηρὰν ἐκάλεσε γῆν*· καὶ  
*τὸ φῶς ἡμέραν, καὶ τὸ σκότος ἐκάλεσε νύκτα.*  
 Πῶς οὖν ἐροῦσι, τῆς Γραφῆς ὁμολογούσης παρὰ τοῦ  
 Θεοῦ τεθεῖσθαι τούτοις τὰς κλήσεις, ὑμεῖς ἀνθρω-  
 πίνης ἐπινοίας εἶναι φατε τὰ ὀνόματα; *Τὶ οὖν πρὸς*  
*ταῦτα ἡμεῖς;* Πάλιν ἐπὶ τὸν ἰδιώτην καταφεύγομεν  
 λόγον, καὶ φαμεν ὅτι ὁ πᾶσαν τὴν κτίσιν ἐκ τοῦ μὴ  
 ὄντος ἀγαθὸν εἰς οὐσίαν, πραγμάτων ἐστὶ δημιουργ-  
 ῶς, ἐν ὑποστάσει θεωρουμένων, οὐκ ὀνομάτων ἀνυ-  
 ποστάτων, ἐν φωνῆς ἤχῳ καὶ ψόφῳ γλώττης συνιστα-  
 μένων· τὰ δὲ πράγματα κατὰ τὴν ἐγχειμένην ἐκάστῳ  
 φύσιν καὶ δυνάμει διὰ τινος σημαντικῆς φωνῆς ὀνο-  
 μάζονται, κατὰ τὴν ἐπιχωριάζουσαν ἐν ἐκάστῳ ἔθνει  
 συνήθειαν τῆς προσηγορίας τοῖς ὑποκειμένοις ἀρμο-  
 ζομένης. Ἄλλ' ἐπειδὴ τὰ πολλὰ τῶν ἐν τῇ κτίσει  
 θεωρουμένων, οὐχ ἀπλῆν ἔχει τὴν φύσιν, ὡς ῥήματι  
 δυνατῶς ἔχειν ἐμπεριληφθῆναι τὸ ὑποκείμενον, οἷον  
 ἐπὶ τοῦ πυρὸς ἄλλο μὲν ἐστὶ τῇ φύσει τὸ ὑποκείμενον  
 πρᾶγμα, ἕτερον δὲ τὸ σημαντικὸν τοῦ πράγματος  
 ὄνομα· τὸ μὲν γὰρ ἐστὶν ἐκλαμπτικόν, καὶ καυστικόν,  
 ξηρόν τε καὶ θερμαντικόν, καὶ ἀναλωτικὸν τῆς ὕλης  
 ἧς ἂν περιδράξεται· τὸ δὲ ὄνομα φωνὴ τις βραχεῖα  
 διὰ μιᾶς συλλαβῆς ἐκφωνούμενη· τούτου ἕνεκεν ὁ  
 διαιρίων λόγος τὰς ἐν τῷ πυρὶ θεωρουμένας δυνάμεις  
 τε καὶ ποιότητας ἐκάστην ἰδίως κατονομάζει, καθὼς  
 φθάσαντες εἵπομεν καὶ οὐκ ἂν τις ὄνομα μόνον ἐπι-  
 θεθῆσθαι τῷ πυρὶ εἴποι, ὅταν τις ἦ φανόν, ἢ  
 ἀναλωτικόν, ἢ ἄλλο τι τῶν περὶ αὐτὸ θεωρουμένων  
 κατονομάσῃ· τῶν γὰρ ἐν αὐτῷ φυσικῶς ἐγχειμένων  
 δυνάμεων, σημαντικὰ εἰσιν αἱ τοιαῦτα· φωναί. Κατὰ

circumstantes propter illam difficultatem et consilii  
 inopiam, illum incusabant. Ipse vero cum attoni-  
 tos et metu percultos consolaretur, et ad alacritatem  
 animi et fiduciam exhortaretur, a Deo fit vox  
 nominatim prophetam appellans : *Quid clamus ad*  
*me* <sup>45</sup>? Atqui antea nullius vocis quam Moses protul-  
 lisset, Scripturæ sermo mentionem fecit : sed cogi-  
 tatio quam propheta ad Deum erexerat, vox quædam  
 nominata est, per silentium in abscondito  
 cordis sensu clamans. Quod si Moses clamat non  
 loquens, eo teste qui gemitus audit inenarrabilis <sup>46</sup> ;  
 quid novi, si etiam propheta cum divinam volun-  
 tatem novisset, quantum fas ei fuit et ei dicere et  
 nobis audire, sermonibus nobis notis et consuetis  
 patefecit, dialogum Dei corporaliter describens, non  
 verbis factum, sed per opera ipsa enuntiatum? *In*  
*principio*, inquit <sup>47</sup>, *fecit Deus*, non nomen cæli et  
 terræ, sed *cælum et terram*. *Et dixit: Fiat lux*, non  
 appellatio lucis. *Et*, discernens lucem a tenebris,  
*vocavit*, inquit, *Deus lucem diem, et tenebras no-*  
*ctem*.

His verisimile est adversarios nostros inniti.  
 Assentiar enim pro ipsis sermoni, et ab illis posita  
 postquam examinata fuerint, subinferam, ut vali-  
 dius nobis confirmatum sit dogma, nulla oppo-  
 sitione indiscussa relicta. *Vocavit*, inquit, *Deus fir-*  
*mamentum cælum, et aridam vocavit terram, et*  
*lucem diem, et tenebras vocavit noctem*. Quomodo  
 igitur, dicent, Scriptura confitente a Deo his rebus  
 inditas esse appellationes, vos humanæ com-  
 munitationis esse dicitis nomina? Quid igitur nos ad  
 hæc? *Rursus ad nostrum simplicem confugimus*  
*sermonem, et dicimus quod is qui omnem creatu-*  
*ram ex nihilo produxit, rerum est opifex et con-*  
*ditor quæ in substantia cernuntur, non nominum*  
*quæ subsistere nequeunt, quæque in vocis sono et*  
*linguæ strepitu solum consistunt; res autem se-*  
*cundum naturam et vim cuique inditam signifi-*  
*cativa voce aliqua nominantur, secundum usitatum*  
*in quaque gente consuetudinem appellatione sub-*  
*jectis congruente. Sed quoniam multa sunt quæ*  
*creata cernuntur, quæ simplicem non habent natu-*  
*ram, ita ut uno verbo subjectum possit compre-*  
*hendi: velut in igne, aliud quidem est natura res*  
*subjecta, aliud vero nomen rei significativum: hoc*  
*enim est quid lucidum et quod urendi vim habet,*  
*siccum et calefaciens, et quod materiam quam ap-*  
*prehenderit consumit: nomen vero vox quædam*  
*brevis est, quæ una syllaba enuntiat: hujus*  
*causa sermo qui dividit voces et æqualitates quæ*  
*in igne cernuntur, unamquamque proprie nominat,*  
*sicut prædiximus, nec quisquam nomen solum igni*  
*impositum esse dixerit, cum quis vel lucidum, vel*  
*consumptorium, vel aliud quid eorum quæ in ipso*  
*spectantur, nominaverit: facultatum enim quæ in*  
*ipso naturaliter insunt significativæ sunt tales*  
*voces. Eodem modo et in cælo, et in firmamento,*

<sup>45</sup> Exod. xiv. 15. <sup>46</sup> Rom. viii. 26. <sup>47</sup> Gen. i, 4, sqq.

quamvis una natura in utroque nomine significetur, tamen proprium quiddam eorum quæ in hac creatura fiunt, nominum differentia exprimit. Quare nos ad hoc intuentes, aliud quid discimus cæli appellatione, aliud vero firmamenti. Cum enim sensibilis creaturæ terminum describit sermo, postquam intelligibilis et transmundana creatura succedens desinit, comparatione ejus quod tangi non potest et incorporeum est et forma caret, firmamentum dicitur, principium et finis omnis materialis substantiæ. Cum autem inferiorum corporum ambitum exquirimus, quo omnis materialis continetur natura, hoc cæli appellamus quod visibilium omnium terminus efficitur. Eodem modo et in terra arida, quoniam in hæc duo elementa deorsum vergit, et gravis natura distributa est, terram dico et aquas, hæc quidem aridæ appellatio distinguit quodammodo ab ea qualitate quæ ex adverso ipsi respondet; oppositione enim ad id quod est humidum arida cognominata est, cum divino mandato aquam circumfusam exuens in propria qualitate apparuit. Nomen autem terræ non amplius unius alicujus earum qualitatum quæ in ipsa sunt, significantiam demonstrat, sed per vim significativam quæ huic dictioni inest, omne complectitur, quod in hoc elemento intelligitur, ut quod durum, quod densum, quod grave, quod resistit, quod ad omnem fructuam et animalium nutritionem aptum est. Igitur non a sermone cognominata est arida, ut sit hoc postremum ei nomen inditum. Non enim deposuit per secundum nomen ut arida sit et dicatur, sed, manente appellatione et hac et illa, utique nominum propria quædam subest significatio: hæc quidem quæ dividit ac distinguit a diversi generis natura et proprietate; illa vero quæ omnem quæ in ipsa spectatur potentiam complectitur: sic et in luce et die, sic rursus in nocte et tenebris invenimus, non syllabæ sonum ab universi conditore factum, sed rerum substantiam quas per has appellationes cognoscimus. Solvuntur Dei voluntate lucis ingressu tenebræ prævalentes per primam creaturam; sed quoniam terra in medio comprehenditur, ac undique eam diversorum elementorum ambitus sustinet, sicut ait Job: *Qui appendit terram super nihilum*<sup>48</sup>, necesse erat, cum per unam partem lux obiret et oppositam partem mole sua terra obstrueret, ut relinqueretur aliqua pars tenebrarum per obumbrationem. Quoniam vero perpetuo motu circa se polus circumagitur istam quæ ex obumbratione advenit caliginem, necesse fuit Deum hunc circularem ambitum ordinasse, ut mensura temporalis extensionis fieret. Hæc autem mensura est nox et dies. Propterea pro sua sapientia historice talia dogmata Moses nobis declarans, hanc ex obstructione subeuntem caliginem absque luce quidem et tenebris nominavit, et eam quæ fit continuo circum locum terrestrem, lucis ad tenebras mensuratam successionem, diem

τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τοῦ στερεώματος, μιᾶς φύσεως ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων σημαινομένης, ἰδίον τι τῶν ἐν τῇ κτίσει ταύτῃ γινόμενων ἢ διαφορὰ τῶν ὀνομάτων παρίστανει. Ὄστε πρὸς τοῦ οὐρανοῦ προσηγορίας, ἕτερον δὲ διὰ τοῦ στερεώματος. Ὅταν μὲν γὰρ τὸ πέρασ τῆς αἰσθητῆς κτίσεως ὑπογράφῃ ὁ λόγος, μεθ' ἣν ἡ νοητὴ τε καὶ ὑπερκόσμιος διαδέχεται λῆξις, συγκρίσει τῇ πρὸς τὸ ἀναφές καὶ ἀσώματον καὶ ἀνείδεον, στερέωμα λέγεται, ἡ ἀρχὴ τε καὶ τὸ πέρασ πάσης τῆς ὕλικῆς ὑποστάσεως. Ὅταν δὲ τὴν τῶν ὑποκειμένων περιοχὴν ἐξετάζωμεν, ὅτι πᾶσα ἡ ὕλικὴ περικρατεῖται φύσιν, οὐρανὸν τοῦτον προσαγορεύομεν τὸν τῶν ὀρατῶν πάντων ὄρον γινόμενον. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐπὶ τῆς γῆς καὶ τῆς ξηρᾶς, ἐπειδὴ πρὸς δύο ταῦτα στοιχεῖα ἡ κατωφερῆς καὶ βαρεῖα φύσις διεμερίσθη, πρὸς τε τὴν γῆν φημι καὶ τὰ ὕδατα, ἢ μὲν τῆς ξηρᾶς προσηγορία, διασταλτικὴ πως τῆς ἀντιστοιχούσης ποιότητος, τῇ γὰρ πρὸς τὸ ὑγρὸν ἀντιπαρθέσει, ξηρὰ κατωνόμασται, ὅτε ἀποδυσταμένη θείῳ προστάγματι τὸ περιεχυμένον ὕδωρ, ἐπὶ τῆς ἰδίας ποιότητος ἐφάνη. Τὸ δὲ τῆς γῆς ὄνομα, οὐκέτι μιᾶς τινος τῶν περὶ αὐτὴν ποιότητων τὴν σημασίαν ἐνδείκνυται, ἀλλὰ πᾶν ἐμπεριλαμβάνει διὰ τῆς ἐγκειμένης ἐμφάσεως τὸ ἐν τῷ στοιχείῳ νοούμενον, οἷον τὸ βαστὸν, τὸ πυκνὸν, τὸ ἐμβριθές, τὸ ἀντίτυπον, τὸ πρὸς πᾶσαν καρπῶν τε καὶ ζώων ἀνατροφὴν ἐπιτήδειον. Οὐκοῦν οὐ μετωνομάσθη παρὰ τοῦ λόγου ἡ ξηρὰ, πρὸς τὸ τελευταῖον ἐπικληθὲν αὐτῇ ὄνομα. Οὐ γὰρ ἀπέθετο διὰ τοῦ δευτέρου ὀνόματος τὴν ξηρὰ καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι, ἀλλὰ, μενούσης τῆς κλήσεως καὶ ταύτης κἀκείνης, ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων ἰδία τις ὑπέστη σημασία· ἢ μὲν, ἀντιδιακριτικὴ τῆς ἑτερογενεῶς φύσεως τε καὶ ἰδιότητος, ἢ δὲ περιεκτικὴ πάσης τῆς ἐν αὐτῇ θεωρουμένης δυνάμεως· οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ φωτὸς καὶ τῆς ἡμέρας, καὶ πάλιν ἐπὶ τῆς νυκτὸς καὶ τοῦ σκότους εὐρίσκομεν, οὐ συλλαβῶν ἦχον παρὰ τοῦ ποιητοῦ τῶν ὄλων ἐπὶ τούτων δημιουργούμενον, ἀλλὰ πραγμάτων ὑπόστασιν διὰ τῶν προσηγοριῶν τούτων γινώσκομεν. Λύεται κατὰ τὸ θέλημα τοῦ Θεοῦ τῇ εισόδῳ τοῦ φωτὸς τὸ ἐπικρατοῦν σκότος παρὰ τὴν πρώτην κτίσιν, τῆς δὲ γῆς ἐν τῷ μέσῳ περισχεθείσης, καὶ τῇ πανταχόθεν τῶν ἑτεροφυῶν στοιχείων περιβολῇ ἑαυτὴν ἀνεχούσης, καθὼς φησιν ὁ Ἰώβ· ὅτι *Κρεμάζω γῆν ἐπὶ μηδενός, ἐπάναγκες ἦν, καθ' ἑν μέρος τοῦ φωτὸς διοδεύοντος, ἀντιφρατούσης κατὰ τὸ ἀντικείμενον ἐν τῷ ἰδίῳ ὄγκῳ τῆς γῆς, ὑπολειφθῆναι τινα διὰ τοῦ ἀποσκιάσματος μοῖραν τοῦ σκότους*. Τῆς δὲ ἀεικινήτου περιφορᾶς τοῦ πόλου συμπεριαιούσης ἑαυτῇ κατ' ἀνάγκην καὶ τὸν ἐκ τοῦ ἀποσκιάσματος ἐπισυμβαίνοντα ζόφον, τὴν ἐγκύκλιον ταύτην περίοδον τάξει τὸν Θεὸν εἰς τὸ γενέσθαι μέτρον τῆς χρονικῆς παρατάσεως. Τὸ δὲ μέτρον τοῦτο ἐστὶν ἡμέρα καὶ νύξ. Διὰ τοῦτο κατὰ τὴν ἑαυτοῦ σοφίαν ἱστορικώτερον τὰ τοιαῦτα τῶν δογμάτων ὁ Μωϋσῆς ἡμῖν σαφηνίζων τὸν ἐξ ἀντιφράξεως ἐπεισιόντα ζόφον χωρὶς μὲν φωτὸς καὶ σκό-

<sup>48</sup> Job xxxi, 7.